



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Lavinga, Oppidvm Rhetiae  
Amoenissimvm Ac Pervetvstvm, Sitvm In Ripa Danvbiana**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1567**

**VD16 R 1442**

Ad Valentinvm Forstervm Ivreconsvlvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12428**

O vitinam latus belli iam finis adesset!  
O vitinam pax hanc longa bearet humus;  
Scis bene scis bello nihil esse nocentius: omne  
Nempe malum belli fert vitiosus amor.  
Nulla salus bello: reverentia nulla Deorum:  
    Armorum strepitu publica iura silent.  
Optima pax rerum: pax oppida seruat & vincit.  
    Pax ciues aequos regnaq; tuta facit.  
Pace viget pietas, & legum sancta potestas.  
    Gloria Musarum pace pudorq; viget.  
Sed Deus illa suo moderabitur omnia nuntius:  
    Qui dabit, ut Martis cesseret in orbe furor.  
Si quamei tamen est in te quoq; cura relata:  
    Nomen inoblitio corde fer, oro, meum.  
Summotumq; pari studio tueare, fideq;:  
    Ne sperata meam deserat aura ratem.  
Non tibi dedecori, nec ero, vir magne, pudor.  
    Gratia nec meriti surda futurati est.  
Quantumcunq; meæ laudes & scripta valeant:  
    Officio dabitur scilicet omnetho.

AD VALENTINVM FORST  
RVM IVRE CONSULTVM

DVm tu iustitiae sacras moderaris habenas :  
Verboſiq; colis iuram ſeuera fori :  
Nos iuuat Aonidum ſtudijs Forſtere ſororum  
Quod rebus ſupererat temporis amne dare.  
Quaq; legat noſtri memor olim ſerior ætas  
Carmina ſecuræ fingere mentis opus.  
Sepè pater ſtudium quid, ait, ſeſtaris mane :  
Arma velim diſcas ciuica ferre fori.  
Sepè meæ dixi, tandem diſcede, Thalia :  
Conflictit ad vulnus protinus illa meos.  
Sepè, piget, dixi, toruum blandita tuenti  
Carmen ait, quid te ſcribere dulce piget?  
At tibi forſan opes, queſtusq; probatur in anis?  
Gazaq; virgineo plus Helicone placet?  
Demens qui rutilum confers virtutibus aurum?  
Virtus eſ ditat, nobilitatq; virum.  
Auro nobilior virtus, regumq; triumphis:  
Viuitus hac ſolum: cœtera mortis erunt?  
At non Mæonides bona magna reliquit in orbe?  
Nomen ab exequijs ille perenne tulit.  
Quid ſacer ille Maro? teneri quid lufor amoris?  
In nunc eſ vanas i mibi præferopes.

B yy Linque

Linguæ forum tristesq; reos : fac sacra Camænæ  
Dulcibus : hæ clarum nomen ab arte dabit.  
Sic me sœpè rogans, sic blandis vocibus vsa,  
In solitum candem Musa retraxit opus.  
Vincor, & ingemum studio renocatur ab isto:  
Desertoq; iterum carmina pango foro.  
Haud facile est tacitos naturæ expellere motus:  
Ingenij debet semina quisq; sequi.  
Scilicet ad mores facilis natura reuertit:  
Nescia mutari, fixaq; sola manet.  
Sic ego nunc versu duro sœpè obsto labori.  
Sic ago cum Musis decipiqq; diem.  
Luctibus hæ requiem, curis solatia præbem:  
Quoq; modo possunt tristia fata leuant.  
At tu quandoquidem Deus hunc tibi fambo:  
Vt res ore Ducum consilioq; regas:  
Ex animo fruere hisce bonis: iurisq; tuendi  
Sit tibi Perpetuus, sit tibi Sanctus amor.

AD ANDREAM CR  
SIVM BRVNOSVICENSIS D  
TIONIS PRÆFECTVM.